

uitate decevimus. At proximos odisse contra preceptum est:
 Noli queso nos ad hanc scrupulosam vivendi normam vocare.
 Aliter enim celum, aliter terra regit. Porro ne predecessores
 quidem tui quos fecerunt percuterebuntur maxilla unam iuxta
 preceptum domini alteram porregerunt. sed restiterunt viri
 luter adversus federici matreque plagas. et cum resistere am-
 plius desperaret posse ne in altera percuterentur transalpes usque
 aufugerunt. Nam de priora quidem satis legibus exemplisque ma-
 iorum cautum est. malos civis in nullo civium non esse babe-
 dos. sed nomina res et ea ipsa inania nos commouet. Non sumus
 ita leues. res tam ignari rerum ut de verbo digladiandum
 putemus. quum immo id ipsum quod magnifacere videbaris. In
 de nomina ipsa factionum dicantur parvi admodum momen-
 ti apud nos est. Quid enim refert unde quidque dicatur. Res pla-
 ne ipsa ac facta nos commouet. Pulsi dudum urbe maiores
 nostri exularunt. dura supplicia de illis sumpta. lacerati alii
 duris penis, alii effosis oculis longo et implicabili carcere
 vitam amiserunt. Huius deinde per scelus ac proditionem fracti
 dirute domus, velle incense, vastati agri, necati quicunque in po-
 testatem adversariorum pervenerunt. An hoc de verbo cuius certa-
 me videri potest. ac non potius de vita et sanguine. Voca vos ut
 habet rem ipsam attendimus. Hec si nomen ipsum ignotum est fac-
 ta que illorum nobis sunt ignota. et que dudum fecerint et que
 facturum sint si potestatem nascantur. Nam quod prevenientes
 pacem petunt quodque memoria preteritorum deleta concordibus
 nobiscum animis vivere ultro et suppliciter exposcunt una
 atque eadem respondendi verba et simplex ratio est. Errat profecto
 bonitas tua beatissime pro si illorum verbis credendum existi-
 mat. Fortuna quidem illis mutata est. Animus vero idem